

enim ponitur, quam est in quaestione, quandoquidem etiam si concedi possit salva veritate, quod DEVS huic vel illi viro probo rem aliquam futuram per somnium revelare possit vel etiam revelet, Non vero ideo statuendum, Ergo etiam illum in somnio immediate *hortatur*, aut per illum in somnio aut aliis modis *solatur*, aut etiam ipsum illum hominem *ducit*, (*leitet*) *trahit*, ad poenitentiam *allicit*, & quae alia huc pertinere possent. Nam ista omnia velut *porismata & consuetaria* non opus est revelari, cum ex ipso verbo DEI abunde & patere & in annunciationis hominis animo produci queant. Adeoque recte quidem dicitur, daß Gottes Straff-Gerichte können zum Schrecken und zur Warnung / seine gnädige Beschützungen und Leitungen zum Trost ausserordentlich kundt werden / p. 64. Non tamen exinde sequitur illas fieri *cum* terrore, *cum* solatio immediate per revelationem suggesto, vel quod idem est unter Göttlichen Tröstungen und besondern Leitungen. Perperam quoque II. Statuitur *Oeconomiam DEI ordinariam per verbi divini praedicationem, non tollere extraordinariam, SPECIATIM in iis rebus quae certa fata Ecclesiae, personarum & rerum publicarum certarum concernunt.* Die ordentliche Haushaltung Gottes in Kundmachung seines Rathes und Willens hebet doch aber die ausserordentliche nicht gar auf / SONDERLICH / welches wohl zu mercken ist / in solchen Dingen / welche gewisse Verhängnisse und Begebenheiten der Kirchen / die Republicken auch besondere Orter und Personen betreffen / p. 15. Ubi non negamus *Oeconomiam DEI ordinariam admittere simul, ut possit circa ea quae ad salutem hominum non pertinent, & futura spectant, nonnulla huic vel illi homini revelare, quorsum tendit nostrorum Theologorum mens & intentio: verum hoc negamus: Oeconomiam DEI ordinariam, quae consistit in praedicatione verbi*

verbi